aut questiones

ſtantiſ inuolute ſunt omneſ aut in ſcripto alicuiuſ contro
uerſia uerſantur. aut praeter ſcriptum ex re ipſa
ſumunt contentioniſ exordium. & illae quidem quaeſti
oneſ que in ſcripto ſunt quinque modiſ fieri poſſunt.
Vno quidem cum hic ſcriptoriſ uerba defendit. & illae
ſententiam atque apellatur ſcriptum & uoluntaſ.
Alio uero ſi inter ſe leges quadam contrarietate diſſen
tiant quarum ex aduerſa parte defendunt. faciunt
contrauerſiam atque hic uocatur ſtatuſ legiſ contra
riae. Tertium cum ſcriptum de quo contenditur ſententi
am claudit ambiguam. haec ſuo nomine ambiguitaſ noncupa
tur. Quarto uero cum in eo quod ſcriptum eſt aliud non
ſcriptum intellegitur quod quia per ratiocinationem
& quadam ſyllogiſmi conſequentia ueſtigatur. ratiocina
tiuuſ uel ſyllogiſmuſ dicitur. Quinto cum ſermo
ſcriptuſ eſt cuiuſ non facile uiſ aut natura clareſcat niſi
definitione detecta ſit. hic uocatur finiſ. In ſcripto quoſ
omniſ a ſe differre & non eſt noſtri operiſ uerum rethorica
demonſtrare. haec enim ſpeculanda doctiſ non rudibuſ
diſcenda proponimuſ. quamuiſ de eorum differentia
in topicorum commentiſ pertranſitum diſſeruerimuſ.
Earum autem conſtitutionum quae praeter ſcriptum

License: PUBLIC_DOMAIN – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 212, f. f.%2041v – Composite manuscript: artes et carmina (http://www.e-codices.ch/en/bbb/0212/f.%2041v)